

facere conata est. Tangit ulcera & coëunt, cum morbo loquitur, & recedit; iminatur igni, & quiescit.

Hæc denique tantum fide falsa affectare visa est; quantum veram verè credentibus fidem dare posse, divinum effatum est. Illud quippe cum Pyropo communis superstitionis est, ut, sicut ille ignis nomen habet & speciem à se frigidissimus, ita hæc quamvis impiissima, pietatis nomine & specie nobis ubiq' imponat.

Hanc igitur superstitionem per vices variis varie adorti sunt, & nuperrimè meo judicio, magnam ipsius partem, eruditissimus Heinius, doctissimâ de probatione per ignem & aquam Oratione, detergit & detexit. Cui ego succenturiatus, ex illius censu illam protractionem probationem, quæ provocatione ad divinum Tribunal constat, & in veræ fidei & Christianæ innocentiae experimentis haec tenus non infirma est habita. Quæ qualis sit, & quam deceat Christianos, hoc discursu eruere est animus.

Multis ergo retrò seculis frequentatum fuit, & miseri illi, quibus honores, opes aut vitam injusti ademit judicis sententia, vel posterioris contentio, quandoquidem sibi nulla alia contrà potentiam opprimentium restaret appellatio, multoties ad summi Iudicium Iudicis Iudicium & Tribunal provocarent, & evocarent potentiores. Eam citationem, quæ ad certum sèpè diem, sèpè die non definito dicam scripsit judicantibus, fre-

A 3 quenter